1164 et refert pro bono pacis se Ungariam intrasse, cum iuniorem fratrem regis manuteneat. Et non hoc esse mirum, si hec facit, cum et ipse regem Ungarie rogatu patris eius manuteneat laborans, ut paterni regni aliquam partem obtineat, et ut ad hec ipsum pari desiderio regio iure laboret, eum monet et rogat.

Interea domnus Daniel de suo rege sollicitus pro eo et exercituum ~~eor~~ eius incolomitate et prosperitate usque ad adventum eius Prage manens singulis septimanis VIa feria cum canonicis, clericis et populo celebrat ieiunia, orationibus et obsecrationibus vacans. Domina etiam ~~nostra~~ Judita, regina Boemie, de domino suo rege sollicita die et nocte orationibus vacans de monasteriis non recedebat et pro domni regis, domini sui dilectissimi, ~~per omnia monasteria~~ (incolomitate) per omnia monasteria orationes fundi exorat.

Verba predictorum legatorum Greci imperatoris rex Boemie regi Ungarie et primatibus refert, qui sese in eius ponunt consilio. Ipse autem

eo

et obsecratio übergeschr. P

folgt nostra getilgt P

übergeschrieben P

fehlt P, ergänzt von Wattenbach